

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Seruitus s

cum fontibus proximo et primo

Cum Dyogenes

ex libertate in seruitutem
uenderetur, quem
cum emere quidam uellet
percunctatus est quod genus
seruitutis sciret, respondit:
Noui, inquit, hominibus
liberis imperare.

At ille eum manumisit filiosque
ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos
quibus imperes.

Agellius libro II.

Vnde de eo narrat Agellius lib. 2. cap. 17.

Cum Diogenes,

inquit,

ex libertate in seruitutem

(id est, cum venderetur) incurrisset, et

cum emere quidam uellet,

percunctatusque esset, quod genus

seruitutis sciret? respondit,

Noui, inquit, hominibus

liberis imperare.

Tunc

ille eum emit, et manumisit, filiosque suos

ei tradens: accipe, inquit liberos meos,

quibus imperes.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*,
3.7.8 (Rome, 1655, p.103).

Diogenes etiam

Cynicus seruitutem seruit. Sed is

ex libertate in seruitutem

venum ierat. Quem

cum emere uellet *Ξενοιάδης Κορίνθιος,*

ecquid artificii novisset, percontatus

‘novi’ inquit Diogenes ‘hominibus
liberis imperare’.

Tum *Ξενοιάδης* responsum

eius demiratus emit

et manu emisit filiosque suos

ei tradens: ‘accipe’ inquit ‘liberos meos,

quibus imperes’.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 2.18.9-10
(C. Hosius ed., vol.1, pp.114-15, ll.22-25,
1-3).